





IN TERTIAS NVPTIAS

Reverendi & Clarissimi Viri

DN. M. THEO-

DORIFABRICII, SU-  
PERINTENDENTIS ET

Pastoris Bernburgensis,

SPONSI.

ET

*Honestissima atq; pia Virginis*

SIBYLLÆ,

Viri olim prudentissimi

Dn. JOHANN: SPIGELII, CONSULIS

Bernburgensis, relictæ Filiae

SPONSÆ

*Celebratas ad D. III. Decembris, Anno 1610.*

Carmina

Conscripta ab amicis & collegis.

SERVESTÆ

Excudebat Zacharias Dörffer,

Anno 1610.

REVISED & CHRISTIAN VII  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.

D. M. THEO.  
D. M. THEO.





AD R. DN. SPONSUM,

Ex Genes. cap. 2. v. 18.

**N**on conferre, nec esse bonum, nos degere  
vitam

Mortalem hanc solos, asserit ipse Deus.

Proles nulla datur, nullas Ecclesia plantas

Sic habet, humanum deficiturq; genus.

Siq; cadit solus, viduo vel calibe marcens

In mensa ac thalamo, magnaq; damna facit,

Non est, qui releuet, nec erit, succurrere lapsso

Qui fido auxilio consilioq; velit.

Utq; senecta sibi, ac aliis oneri esse suerit

Sæpius, haudq; absit prona ruina procul,

Gestiat & genibus baculos qua aptare cadentis

Rara alios inter sit sine fraude fides:

Culpitet haud quisquam, lætus dum tertius hymen

Revera, canitur, Sponse verende, tibi.

Qui tibi, qui Sponse quoq; sit, quod & opto, secun-  
dus:

Multum idem mellis, fellis habeto nihil.

A 2

O Jesu,

*O Jesu, à nobis sincera in vota vocatus  
Da, quæso, Sponsis mitia fata novis.*

M. Caspar Ulricus.



IN TERTIAS NUPTIAS

*Viri Reverendi & doctissimi,*

DN.M. THEODORI FABRICII,  
INSPECTORIS ET PASTORIS  
Bernburgici, Compatris, Collegæ,  
amici venerandi.

**E**ἴπῃ ἀπαξ γήμας πάλι δάπερα, λέκτρα διώκη,  
Ναυηγὸς πλώῃ δις βυθὸν ὄργαλέον:  
[ Uxorem qui habuit, thalamos quæritq;  
secundos,  
Naufragus is dubio bis natat Oceano ]  
Græcus ait: Tu, quid tibi vis, THEODORE,  
SECUNDOS  
Nunc TERTIIS augendo nuptiis toros?  
Arguerant Græcum thalami quòd nempe  
SECUNDI  
Fallaciæ, vis TERTIIS hunc ludere?

Even-

Eventura precor: pereat malè Græcia mendax:  
Te TERTIÆ Sponsamq; nuptiæ beent.

*M. Iohannes Theopoldus.*



ALIUD EPITHA=  
LAMIUM.

**A**udes, ô FABRICI, mirum, venerande  
MAGISTER,  
Inspector nostri, Vir reverende, chori:  
Tu quoq; durum audes, sponsalia tertia tentans,  
Conjugii intrepidè & nulla pericla timens:  
Omnia dumq; trahunt rerum momenta ruinam,  
Impius & toto est Martis in orbe furor.  
Pallida Tisiphone Stygiis nam emissa tenebris,  
Dat stragem, & tabo corpora ubiq; necat.  
Inficit instillans fibris letale venenum, &  
Ægrotis vires Febris anhela quatit.  
Adde quod est nostris Turcus vicinior oris,  
Rapturus Sponsam, & pignora Conjugii.  
Justa audes: decreta Papæ licet improba fingant;  
Quod præstet socio libera vita iugo.

*Autor conjugii D E U S est, qui fœdera sanxit,  
Ne levis incertâ sede vagetur amor.  
Non aliunde venit Sponso nisi munus ab astris,  
Conjux à D O M I N O, non aliunde, venit.  
Sapè duo thalamos ineunt ex parte coacti,  
Nec placet uxori vir, mulierie viro.  
Sapè duo affectant unâ conjungere amorem,  
At subito prohibet durus utrinq; parens.  
Sapè parens alter suadet duo pectora jungi,  
Alter at haud suadens jungier, illa vetat.  
Quàm bene conveniunt, thalamoq; morantur in  
uno,  
Quorum corda pari jungit amore D E U S.  
Ille potest cupidis sociare cubilia Sponsis,  
Ille facit carâ conjugè posse frui.  
Ille favet, fidum si quis suspirat amorem,  
Ille favet, si quæ nubere fida velit.  
Ergo facis rectè, doctè & venerande M A G I S T E R,  
I N S P E C T O R nostri, vir reverende, chori,  
Præstantem formâ sociam tibi certus adaptans,  
Te vitæ socium dum pia S P O N S A cupit.  
Casta S I B Y L L A satis, quæ se virtutibus auxit.  
Sponsa petit thalamos pulcra S I B Y L L A  
tuos.*

*Funde*



Funde jocos, Charitumq<sup>3</sup> sales, & gaudia misce,  
Hec tibi divinâ contigit uxor ope.  
Quicquid in ingenua thalami consorte probatur,  
Hec habet, ô tanto digna VIRAGO VIRO.  
Vos socialis amor, vos mutua gratia firmet,  
O jungenda sacro corpora bina toro.  
Vivite felices: SPONSE, ô Phœnicis in annos  
Nelide videas candida fata senis.  
SPONSAq<sup>3</sup> cornicis tu vive SIBYLLA per annos,  
Longaq<sup>3</sup> cum ei tempora vatis age.  
Hoc precor, hoc vobis votis ardentibus opto,  
Nec dubito, quin sint vota futura rata.

Honoris ac observantia ergò F.

M. Andreas Bunböfii Ascanius,  
Pastor Palbergensis.



VOTIS PATET OBVIUS ÆTHER.

Vota movent JOVAM; votis ardentibus oro,  
Ut qui Conjugium fundavit trinus & unus,  
Et pia Conjugibus vitæ solatia præstat;

IS VOS

Is vos unanimes placidè tueatur in omne  
Ævū, multa domus procuret commoda vestra.  
Vivite felices, ceu lætam amplectitur ulmum  
Vitis opaca comis; unâ sic corpora mente  
Este duo, pulcrâ vos maximus arbiter orbis  
Prole beet, seros det posse videre nepotes;  
Innumeros degat SPONSUS feliciter annos,  
Secla agat & vatis CUMÆÆ SPONSA; valete.

*Johannes Splithutius Ecclesia in VValdau  
apud Bernburgenses Pastor.*



*Εὐχή γαμικὴ.*

Ad Reverendum & Clarissimum  
Virum, Dominum

*M. THEODORUM FABRICIUM,  
Ecclesiæ Bernburgensis Super-  
attendentem.*

**T**E, Theodore, tori sociat sibi lege Sibylla  
Illa, volens focius noscere quid sit amor.

Hoc

F 17

Hoc, ego vota fero, vertatur ut omne fausto:  
Quæ mea vota valent, si tua fata volunt.  
Exere ( sic voveo ) Sol nubibus exere vultum  
Pulsis, fer nitidum conspiciende diem.  
Conjugio bona fer, fer sacris prospera tædis,  
Quæ mala, Carpathium per mare ventus agat.  
Ad dextram pietas sponso comitetur honestis  
Præsiidiis, famam tuta sinistra paret.  
Auxilio Themidis cum Sponso Sponsa trium-  
phent,  
Fata triumphantes prosperitate beent.  
Omnia conjugio, quæ commoda vita requirit,  
Portet inoffensis fors satis æqua rotis.  
Sponsus aniet Sponsam, Sponsum quoq; Sponsa  
Sibylla  
Illa: Sibyllinos vivat uterq; dies.

*M. Martini Sommeri.*

B

Qui



Qui non potest scandere montem, maneat  
in Segor. Ex cap. 19. Gen.

**Q**ui valet haud summi conscendere culmina  
montis,  
Quem sibi virginitas legit, is sub valle manebit  
Conjugii, toti quæ dat sua germina mundo,  
Quâ Politia viget, Domus, ac Ecclesia. Vallem  
Hanc ego FABRICIO plantanti gratulor, utq;  
Sponsa Sibylla, instar vallis, bene floreat, opto.

A. B. C.

F I N I S.







Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.


Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

VDA









B.I.G.

Farbkarte #13



55



... NVPTIAS

Clarissimi Viri

THEO-

RICII, SU-

ENTIS ET

mburgensis,

SI.

T

*... pie Virginis*

LÆ,

identissimi

ELII, CONSULIS

elictæ Filia

SÆ

cembris, Anno 1610.

ina

cis & collegis.

STÆ

arias Dörffer,

610.

